

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

aptantque ita, ut capillos, barbam, & ceteros corporis pilos referant. Malva adeo Veneri nascitur, ut semen unicaulis aspersum genitali, foeminatum aviditates augere ad infinitum Xenocrates tradat: item tres radices ad alligatos tenesmo & dysentericis utilissime infundi. Mirum vero aquam radice ea addita addensati sub dio & lactescere. Plin. l. 10. c. 21. Morus non nisi ex aucto frigore germinat; parit tamen inter primas. Cum germinare incipit, in tantum universarum prorumpit germinatio, ut una nocte peragat etiam cum strepitu, & tota floribus operiatur. Plin. l. 16. c. 25.

C A P U T XXX. D E N A P E L L O.

NAPELLUS tota exitium adfert, sed radix maxime. Manu enim retenta quoque concalescat, tenentem perimit. Certum, pastores, qui vero loco, caule ejus in asslandis aviculis usi sunt, interiisse. Immanitatem ejus aliquot exemplis extimbit Mathiolus comm. in lib. 4. Diosc. c. 73. Vnum adjicio. Data erat latroni cuidam, annum vigesimum septimum agenti Napelli drachma. Hic epoto lethali pharmaco, piperris omnem saporem illi incelle dicebat: Infecuta sunt gravissima symptomata. Evomuit enim frequenter biliosa porraceo colore. Quendam veluti globum circa umbilicum sensit, qui inde superna petens, in superemam capitidis partem, frigidam quandam diffundebat auram. Accessit his stupor quidam paralysii non absimilis, qui sinistri lateris brachium & crus occupavit, adeo ut vix sumimam manum admoveere posuerit, motu jam in ceteris partibus extincto. Interim non multo post tempore, haec morbi vis, sinistra corporis parte incolumi relicta, in dextram repente se contulit, eandemque simili modo occupavit. Ajebat quoque universas corporis venas frigescere. Non defuerunt vertigines, quas secutae sunt cerebri commotiones adeo frequentes, ut aquæ in caldario bullienti simili-

similes diceret. Accessit oris & oculorum convulsio, atque acutissimus mandibularum dolor. Quare saepius manibus affectas illas partes perstringebat, veritus ne excederent. Fortinsecus turgentes oculi, livida facies, & nigra labra cernebantur: quin etiam ventris tumor videri poterat, perinde ac hominis aqua intercute laborantis: Varia admodum exitit arteriarum pulsatio, & varia quoque mentis perturbatio, pro symptomatum recurrentium acerbitate. Nam jam prorsus de vita desperare, mox in spem se erigere videbatur, modo rationis compos, modo delirans, nunc ploranti, nunc cantanti similis. Toto hoc tempore se ter exacerbatum, terque cum mortis agone colluctatum affirmat. Lingua tamen constitit, nullo unquam symptomate affecta. Haecenus *Mathiolus*. Hac vero omnia, lapide *Bezoar* praebito, septima post assumptum venenum hora, evanuere.

CAPUT XXXI.

DE NYCTEGRETO, NU-
biæ Grano, Nuce Moschata,
Olea & Opio.

Nyxegretum inter pauca miratus est Democritus, caloris ignei, foliis spinæ, nec à terra se attollentem. Erui post æquinoctium vernum radicibus, siccarique ad Lunam triginta diebus, ita lucere noctibus, *Plin. l. 21. cap. 11. ait.* Vocatur & *Chenomychon*, quoniā anseres à primo ejus conspectu, expavescunt. In Nubia, quæ est A thyopia sub Ægypto, granum est, quod devoratum expellit animantes vita. Decima pars intra horæ quadrantem interficit. *Scalig. exerc. 153. f. 11.* In Baudan Insulâ Moluccarum nascitur *Nux Moschata*, è calice pro testa tegitur; obducitur tota, ubi maturuerit. Sub primo nucamento, non statim testa qua nucleus continetur, sed cutis coriacea, quam vocant Arabes *Macin*. *Olea*, si primo germinatu de-